

30

1751, 16

33

FACULTATIS JURIDICÆ DECANI
**JO. CHRISTOPHORI
 SPITZ, JCTI,**

PRÆLAVDATÆ FACULTATIS JURIDICÆ NEC NON JVDICII ELECTORALIS PRO-
 VINCIALIS ASSESSORIS ET PROFESSORIS PVBLICI EXTRAORD. ET CIVI-
 TATIS ERFORDIENSIS CONSVLIS,

PROGRAMMA INAUGVRALE

QVO
 OMNIVM ORDINVM AVDITORES

AD
 LECTIONEM CVRSORIAM

IN
L. præses 27. ff. de re jud.

ET
 DISSERTATIONEM INAUGVRALEM

DE
 IMPOSSIBILI CANONICO-JVRIDICO,

SIVE
 DE EO, QVOD

CIRCA
CONDITIONES IMPOSSIBILES

ACTIBVS HVMANIS APPOSITAS
 IVSTVM EST,

A
 PRÆNOBILI AC CLARISSIMO JVRIVM CANDIDATO
FRANCISCO JOSEPHO WITTE,

PADERBORNENSI,
 IN AVDITORIO JCTORVM MAJORI
 DIE XXIX. APRILIS M DCC LI.

HABENDAS
 DECENTER INVITAT.

ERFORDIAE, LITTERIS HERINGIANIS, Acad. Typogr.



255 d



IMPETRO STATI JURISCONSULTI
JO. CHRISTOPHORI
SPITZ

PRÆSENTI FACULTATI JURISCONSULTI
UNIVERSITATIS HANNOVERENSIS
HABERE DISSENTIENS CONSENSU

PROGRAMMA INAUGURALE

OMNIUM ORDINUM APTORUM

LECTIONUM EVANGELICARUM

IN
L. P. 1817

DISSENTIENS CONSENSU

IMPOSSIBILE CANONICO-JURIDICO

DE

CONDITIONES IMPOSSIBILES

ACTIONUM HUMANARUM POSITIVARUM

IN

IN VITAM AC CIVITATEM SUAM CANDID.

FRANCISCO JOSEPHO WITTE

IN ACADEMIA JURISCONSULTI
DIE 18. APRILIS 1817

DE
DECENTIA IN VITAM

ERUDITIONE LITTERARUM BEROLINENSIS



Handwritten initials or a signature on the right margin.





Jurisprudentiam disciplinam esse practicam, vel ex ipso prudentiæ nomine, habitum cum recta ratione activum denotante, apparet; veruntamen illum, cui judicarij processus instruendi, formandique noticia contingit, munus aut nomen Jurisconsulti implevisse minime dicendum; Siquidem in illa ignobilior atque minima juris civilis portio est reposita, sed præprimis fundamentali Legum tam naturalium, quàm gentium & civilium, tam sæcularium, quàm Ecclesiasticarum cognitione opus est, atque ut quis jus, vel leges interpretari & quæ ad interpretationem ejus sunt necessaria, utpote definitiones, divisiones, causas, originem, historiam & illa, quæ ex aliis quoque disciplinis hauriri possunt, apprime calleat, atque casibus in Republica obviantibus Jurisprudentiæ principia ac leges commode applicare sciat, requiritur, & talis, qui a tractandis in judicio causis Jurisprudentiam addiscere inchoat, omnia susque deque vertet, atque sententias aut constitutionibus juris in Thesi, aut partium juri adversantes promulgabit. Quomodo enim is, factum controversum recte examinare ac dijudicare noverit, qui quidem mores provinciæ, Stylum curiæ vel modum & formam procedendi

di in iudicio, ac formulas petendi, excipiendi, Repli-
candi & duplicandi, nec non sententias ferendi vulga-
res callet, e contra vero, præsertim in Germania no-
stra, juris Canonici atque Justiniani notitia simul in-
structus non est, cum ex his jura statutaria ac provin-
cialia declarentur, restringantur & suppleantur. BER-
LICH. P. 3. Concl. 24. n. 9. vers. 4. GAIL. lib. 1. O. 50. n. 8.
Nec tamen etiam solâ theoriâ absque praxi verum ar-
tificem, putâ Jurisconsultum fieri posse, existiman-
dum; & licet cognitio juris ac prudentia legum sine
usu esse queat, verissimum tamen est illud: quod Theo-
ria absque praxi, digestam, solidamque juris cognitio-
nem præstare haud possit, juxta BALDVM in L. *Æmi-
lius ff. de min.* qui ait: practica est scientia Legum di-
gestiva & paulo ante: Leges in scholis diglutiuntur,
in Palatiis vero digeruntur. Quemadmodum verò
praxis circa Legum, consuetudinum & statutorum legi-
timam ad facta in foro obvenientia applicationem ver-
satur, ita ob casuum & circumstantiarum diversitatem,
eventum litis nimis esse dubium experientia docet,
cum minima circumstantia totam variet Juris appli-
cationem. Hinc licet controversia quædam inter
quosdam sit decisa, vix tamen istam decisionem ad
causas similes, tuto applicare licebit, cum facile objici
possit, quod res inter alios actâ, aliis objici nequeat.
L. 63. pr. ff. de re jud. L. 12. ff. de except. rei jud. tot. tit.
C. res int. al. atque etiam sententia vel in contumaciam,
aut ex alio respectu speciali lata esse possit. Ideo vix
secure in causa concludi poterit, nisi Judex sententiam
dicens Regulas, limitationes & ampliaciones in jure
positas penetraverit & earum applicationem didicerit;
quas-

quasdam tamen dari limitationes ac de uno casu ad
alium, præcipue ubi eadem est concludendi causa,
concludi posse, non negandum, uti *ex dicta lege 63. &*
aliis juris textibus colligi potest, de quibus latius agit
WISSENB. *disput. 21. Th. 16.* hinc ob circumstantiarum
varietatem sæpius contingere solet, quod diversæ ac
plane contrariæ sententiæ in eadem Civitate, ab eo-
dem JCTorum collegio, imo ab iisdem JCTis in pari
causa, & etiam in eadem aliquando sequantur. MEV. in
Prolegom. Comment. ad Jus Lubec. ut adeo VULTEJ. *Vol.*
1. Conf. 34. n. 53. inter consilia Marburgensia scribere non
dubitaverit, Præjudicia quæ a MEICHSNERO, GAL-
LIO, MYNSINGERO & aliis allegantur, non tam facile
ad exemplum esse trahenda, præsertim in controver-
siis perplexis & multiplicem distinctionem habentibus,
neque rarum esse, quod ipsi Assessores Cameræ Imp.
à præjudiciis suis recedant, unde apparet, quid de Glos-
sa & Dd. in *L. nemo C. de sent. & interloc.* sit sentien-
dum, quod scilicet præjudicia summarum curiarum se-
qui conveniat, eoque præjudicia cameræ Imper. vim
legis habere dicantur, quia ipsa summi Principis for-
tissimum consistorium, ipsumque Principem repræsentaret.
CARPZ. *l. 4. Resp. 37. n. 11.* hoc tamen certum est quod
in foro præjudiciorum, præsertim ubi dubia statuto-
rum vel verborum legis interpretatio illis declaratur,
aut ambigua consuetudinis controversia definitur, ma-
ximus sit usus, etenim tunc de consuetudine per actus
in judicio decisos probationem, consuetudinem legis
adinstar per frequentem usum esse introductam, in-
troducere possunt, magnaque præpollent autoritate,
sicuti etiam Glossa & explicationes legum a JCTis fa-

Et, uti videre est ex *L. 27. ff. de re jud.* in qua statuitur, quod praeses Reum ad usuras usurarum condemnaverit & cum condemnatus legitimo tempore non appellaverit, sententia ista in rem judicatam transferretur, cum tamen primo intuitu, si lex juxta corticem verborum sumatur, sententia ista contra jus in thesi esse videatur, adeoque illam nullitate laborare, nec in rem judicatam transire posse, putandum, Verum si lex ista de tali casu sumatur, uti etiam à Glossatoribus assumitur; in quo iudex Reum non formaliter & expresse sed tantum tacite sub certa quantitate loco usurarum petita ad usuras usurarum condemnaverit, facili labore apparet, quod ea sententia contra jus constitutionis non peccaverit, id circoque nullitate non laboraverit, uti adhuc pluribus demonstrari posset, nisi angustia propositi obstaret, hinc vela coarctanda & plura in lectione sua cursoria in dict. *L. 27. ff. de re jud.* disseret

PRAENOBILIS ET CLARISSIMVS

Jurium Candidatus

**DN. FRANCISCVS JOSEPHVS
WITTE**

Paderbornæ natus Patre praenobili ac Consultissimo Domino JOANNE CHRISTOPHORO WITTE, J.U.D. Consilii Aulici ibidem Assessoris Seniore meritissimo, nec non Matre ex praenobili gente HOFFMANNICA nata jam pie defuncta, quorum parentum laudabili sollicitudine cum crescente primo rationis usu necessariis vitae Christianae ac primis latinitatis principiis imbutus, scholis PP. Soc. Jes. ibidem est traditus, sub quorum directione studia, ut vocant, inferiora ac philosophica absol-

absolvit, quibus tandem absolutis ad Hieranam no-
stram se contulit hoc laudabili stimulo inescatus, ut ipsa
jurisprudentiæ fundamenta imbiberet, igitur Cursum
juris civilis & feudalis in Collegiis privatis Prænobis-
lis ac Consultissimi Dn. JOANNIS GEORGII BRÜCK-
MANNI *J. U. D. Archi-Episcopalis Eccles. S. Elect. prov.
Judiciorum Assess. ac Professoris publici extraord.* felici pro-
gressu absolvit, Nostras quoque prælectiones privatas
ad quinquaginta Pandectarum libros indefesso studio
frequentavit, Juris vero canonici principia explanantes
adiit Prænobilissimum ac Consultissimum Dn. JO.
MICH. ROTERMUND, *J. U. D. Celsissimi Principis Ele-
ctoris Moguntini Consiliarum Regiminis atque Civitatis no-
stræ Prætozem ac Professorem decret. publ. ord.* nec non
plurimum Reverendum Dn. JO. JOACHIMVM HY-
NOLD, *J. U. D. Sacr. Can. Prof. publ. Ord. S. insignis
Ecclesiæ collegiatae ad S. Sever. Can. Capitul.* juris autem
publici explicationem ex ore viri Generosi ac Consul-
tissimi Dn. JO. ARNOLD, de BELLMONT, *J. U. D. Re-
gim. Elect. Cons. Jur. publ. Profess. publ. ord. Civitatis Er-
ford. Consul. Sen. S. Bibliothecæ Boineburgicæ Directoris*
percepit, tandem triennio licet non absque molestiis
contra præceptum Friderici Imperatoris in nostra uni-
versitate in penetrandis Jurisprudentiæ principiis theo-
reticis laudabiliter ac cum maxima sedulitate peracto,
tanquam lyta ordini nostro aperuit, quod operis suis
adhibitis coronam seu lauream doctorem imponere
mentis sit, quapropter cum ad Examen Candidatorum
juris rigorosum ut admitteretur modeste petierit, Fa-
cultas nostra honesto ejus petito libenter detulit, diem-
que Examine constituit, in quo textus assignatos juri
con

congruenter declaravit, & ad propositas juris quæstiones solide respondit, adeoque unanimi consensu ad ulteriora Specimina admittis ac supremis jurium honoribus omnino dignus judicatus est. Igitur proxima die Mercurii quæ erit XXVIII. Aprilis in Collegio Jctorum Majori horis consuetis *ad dict. L. præses 27. ff. de Re jud.* Lectionem cursoriam, eaque finita Disputationem inauguralem

DE
**IMPOSSIBILI CANONICO-JV-
RIDICO,**

SIVE
**DE EO, QVOD
CIRCA**

**CONDITIONES IMPOSSIBLES
ACTIBVS HVMANIS APPOSITAS
JVSTVM EST**

habebit. Ad quos actus solennes Magnificus ac Consultissimus Dn. Rector, Domini Proceres ac Cives Academici humanissime invitantur. Publ. sub Sigillo Facult. Jurid. XXV. Aprilis MDCCLI.



Erfurt, Diss., 1748-51

X 238 7035

ULB Halle


3

006 771 165



VD 78





30

1751 y6

33

FACVLTATIS IVRIDICÆ DECANI
**JO. CHRISTOPHORI
 SPITZ, JCTI,**

PRÆLAVDATÆ FACVLTATIS IVRIDICÆ NEC NON IVDICII ELECTORALIS PRO-
 VINCIALIS ASSESSORIS ET PROFESSORIS PVBLICI EXTRAORD. ET CIVI-
 TATIS ERFORDIENSIS CONSVLIS,

PROGRAMMA INAUGVRALE

QVO
 OMNIVM ORDINVM AVDITORES

AD
 LECTIONEM CVRSORIAM

IN
L. præses 27. ff. de re jud.

ET
 DISSERTATIONEM INAUGVRALEM

DE
IMPOSSIBILI CANONICO-IVRIDICO,

SIVE
 DE EO, QVOD

CIRCA
CONDITIONES IMPOSSIBILES
 ACTIBVS HVMANIS APPOSITAS
 IYSTVM EST,

A
 PRÆNOBILI AC CLARISSIMO IVRIVM CANDIDATO
FRANCISCO JOSEPHO WITTE,

PADERBORNENSI,
 IN AVDITORIO JCTORVM MAIORI
 DIE XXIIII. APRILIS MDCCLII.

HABENDAS
 DECENTER INVITAT.

ERFORDIAE, LITTERIS HERINGIANIS Acad. Typogr.



2552

